



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. j



4-

I. N. J.
DISPUTATIO IV.
**SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI**

Ex Tit. j. d. P. P. d. Nuptiis d. Adopt. &
Quib. mod. jus P. P. solv. iisq; titulis π C. Just.
Theod. Libb. βασιλικ. & ✕ respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
**JOHANNNE CHRISTO-
PHORO Volk/**

J. U. D. & P. P.

CONRADUS RIESMEYER,

Rhadâ Mind. Westph.

RESPONDENS

publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI

A. cl. l. c. LXXX.

REGIOMONTI.

Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.
BRAND. ET ACAD. TYPOGR. HÆRED.

VIRIS

PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS NEC NON
EXCELLENTISSIMIS

DN. FRIDERICO PETRO NAU-
MANNO,

J. U. D. & Serenisf. Elect. Brandenb. Juris
Forestalis Consiliario meritissimo.

DN. JOHANNI HENRICO
STARCKEN,

Philosoph. ac Medicin. Doct. ut &
Prof. Publ. Extraord.

DN. FRIDERICO SCHRÖDERN,

Serenisf. Elect. Brandenb. Consiliario dignis-
simo, ut & Prænobilisf. Judicii Aul. Secretario
Primario.

DN. CONRADO Bogten/

Philosoph. Magistro, & Poëseos Profesf.
Publ. Ordin.

Dominis Mecœnatibus & Patronis patrii
soli affectu junctis, summo honoris cultu
prosequendis.

*Hasce Primitias Academicas in sempiternam
grata mentis memoriam, eâ, quâ potuit ani-
mi observantiâ, humillimè consecrare vo-
luit, debuit*

CONRADUS RIESMEYER.



Titulis *j. d. P. P. d. Nuptiis d. Adopt. & Quib.*
mod. Jus P. P. Solut. respondent in *ff. liber 23. 24.*
& 25. tit: d. Obseq. par. & patr. prest: nec non tit.
d. Adopt. Emanc. & al. mod. q. P. P. solv. In Cod.
Justin. Libri V. Titulus 1mus & seqq. usq; ad T. 27.
In C. Theodosiano Libri 3. T. 5. & seqq. usq; ad T.
16. inclusive. In libris βασιλικῶν Liber. 30. 31. 32. 33.
 in ✕. totus liber IV.

II. Continetur in his Titulis 1. *Distinctio personarum in Pa-*
tres familias & Filios familias t. t. j. d. P. P. hiſce contra distinguun-
 tur liberi vulgò vel ex Concubina aut incestu suscepti *S. pen. j. d. Nupt.*
t. t. ff. d. Concubin. & C. Iust. eod. t. t. C. Just. d. naturalibus liberis: t. t.
C. Justin. & Theodos. d. Incestis Nuptiis. t. t. βασιλ. De Successione
legitimorum liberorum & naturalium, & de his qui ex naturalibus le-
gitimi fiunt: deq;ve Concubinis quæ & ipsæ per instrumenta dotalia
fiunt Uxores legitimæ & t. t. d. filiis naturalibus t. t. C. Theod. d. Nat.
Liberis & matribus eorum. 2. Constitutio P. P. a Nuptiis de his & ea-
rum adjunctis t. t. j. d. Nupt. t. t. ff. & C. d. Sponsalibus t. t. ff. d. Ritu Nu-
ptiarum. d. jure dotium. d. pactis dotalib. d. fund. dotal. t. t. ff. & C. d. Do-
nat: int. Vir. & Ux: t. t. ff. & C. d. Divortii & Repudiis. t. t. ff. & C. Sol.
matr. t. t. ff. d. impensis in res dotales. t. t. ff. & C. Rer. am. t. t. ff. d. A-
gnosco. & Alend. lib. d. inspic. vent. Custod. part. Si ventris nomine. Simu-
lier ventris nomine t. t. ff. d. Concub. t. t. C. Just: Si Rect. provinc. d.
Don: ante Nupt: d. Nuptiis d. incestis & inutilibus Nuptiis. d. interdicit.
matr: Si quacunq; præd: potest: Si Nuptiæ ex Rescript. pet. de secun-
dis Nuptiis. Si secundo Mulier nupserit d. Dotis promiss. vel Ne Fidej:
vel mand. d. pact. conv. tam sup. d. Dot. caut. non num: d. Rei Uxor:
Act. si Dos constant. matr. Ne præ dot. mul. bon. d. Alend. lib. & pa-
rent: d. Natur. lib. t. t. C. Theodos. de Sponsalibus & ante Nupt. Do-
nat: Si Provincie Rectores vel ad eum pertinentes Sponsalia dederint.
De Nuptiis. de Secundis Nuptiis. Si secundo nupserit mulier cui ma-
ritus Usufr. reliquit. Si Nuptiæ ex Rescripto petantur. Si qua-
cunq; præditus potestate Nuptias petat invite. d. Incestis Nuptiis. d.
Dotibus. d. Nuptiis Gentilium d. Fidejusforib. Dot. d. Repudiis. t. t.

A

βασιλ.

Βασιλικων d. Donationib. int. Vir. & Ux: d. inspic. vent. de mul. vent.
nom. in poss. misf. d. mul. calum. caus. in poss. misf. nec non dictus liber
IV. §. β Legitimatione §. ult. j. d. Nupt: γ. Adoptione t. t. j. & ff. d.
Adopt: t. t. Βασιλικ. d. Adoptantibus & Adoptatis, & quinam adoptare
vel adoptari possint, & qui non possint. 3. Dissolutio P. P. cujus modi
explicantur t. t. j. Quib. mod. jus P. P. solv. nec non in ff. d. Adopt. &
Emancip. toto quoque tit. Βασιλικ. Quib. mod. jus potestatis solv. &
tit. Βασιλ. de Solutione P. P.

III. De Servis qui ad familiam referuntur dicitur in t. t. j. & ff.
d. His qu. su. vel. al. jur. Super est ut de filiisfam. & jure Parentum in
liberos aliquid certi determinemus. Jus parentum in liberos compe-
tit utriusque Patri & matri. Seld d. I. N. & G. juxta Discipl. Ebraor. l. 7.
c. 2. si liberi ætatem imperfecti judicii agunt, quando vero in iis judi-
cium jam ætate maturuit parentum imperiis non aliæ subsunt actio-
nes quam quæ ad familiæ paternæ vel maternæ statum aliquid mo-
menti habent. In cæteris actionibus habent facultatem moralem
agendi, ita tamen ut in iis semper parentibus placeant, ideo Jus Civile
hanc facultatem moralem agendi præ lubitu mirum in modum par-
tim restrinxit partim sustulit, Reverentiam tamen æqualem parenti-
bus reservavit, & potestatem quæ de I. N. utriusque parentum debeba-
tur, excepto casu quò patris & matris imperia inter se contendunt,
ut tum patris imperium ob sexus præstantiam præferatur H. Grot. d. I.
B. & P. L. 2. c. 5. §. 1. quoad effectus in solum Patrem transcripsit.

IV. Primus effectus est Jus coercendi liberos quod patri cui
hoc jus in totam familiam & per consequens etiam in partem ejus
competit Arist. 1. Pol. 1. & 8. 8. Eth. 12. l. 1. pr. ff. d. Adopt. l. 10. §. 1. v.
neg. C. eod: In Rep. Romana illud jus modo extensum modo coar-
ctatum Bodin. l. 1. c. 4. Val: Max: l. 5. c. 4. l. in Suis 11. d. Lib. & Postb.
l. 6. C. d. P. P. tandem P. P. Civium Rom. propria facta est §. 2. j. d.
P. P. l. 3. ff. d. his qu. su. vel. al. jur. l. 4. ff. d. Jud. l. f. C. d. P. P. tum
quoad modos constituendi tum finiendi t. t. j. Quib. mod. P. P. solv.
Secundus effectus est, ut acquisita patri cedant, distinctione tamen
deinde introducta castrensium & quasi castrensium profectitiorum &
adventitiorum pr. j. qu. non est perm. fa. Test. l. 1. & 10. C. d. Castr. pec.
lib. 12. N. 118. l. 6. C. d. Bon: qua lib. N. 117. c. 1. uterque effectus in foro
Saxo-

Saxonico utiliter ad Praxin applicari potest *gl. lat. ad text. germ. S&X. L. 1. a. 31. lit. f. & gl. lat. ad text. ger. S&X. L. 3. a. 45. Constit. Electoralis 20. p. 2. Jure Prutenico* primus effectus modicæ coërcitionis non est ademptus *P&X. L. 5. T. 5. a. 1. §. f.* sed quoad secundum filius præter castrensia & qs. adventitia & ex parte etiam profectitia lucratur *P&X. L. 5. T. 14. a. 1. §. 5. a. 2. §. 3.*

V. *Datio nummuli*, apud quasdam Gentes, quæ emptione Venditione Sponsalia vel nuptias constituebant, erat modus contrahendi Sponsalia vel etiam nuptias. Ebræi præviô sermone de firmis Sponsalibus nummuli datione eadem constituebant. *Gem. Babyl. ad tit. Kindosch. c. 1.* Romani Sponsalia eodem modo quò Emptionem Venditionem celebrabant *Varr. 1. lib. d. V. P. R. & post eum Non: Marcell. sub tit. d. Dd. indag.* Inde Vir & mulier se se invicem coëmendo interrogabant: an mulier Viro materf & an Vir mulieri paterf. esse vellent cumqve sibi invicem responderent velle. Mulier in Viri matrimonium conveniebat. Ex hoc antiquò ritu explicanda est *l. Uxorem ff. d. Rit. Nupt. §. l. ex ea parte §. mulier ff. d. V. O.* ubi *Accursius* non respiciens ad hunc morem in matrimonium convenire, interpretatur per reconciliare. Sed *malè*. Emebant Uxores suas quondam Græci *Arist. 1. Polit. 2. c. 6.* Assyrii. *Ælian. 1. 4. d. var. hist. Herod. 1. 1. d. Babylonis* qui itidem Assyrii sunt ut idem testatur. Thraeces magno ære Uxores à parentibus emebant. *Herodotus in Terpsichore. & Solinus c. 15.* Nupturæ *inquit* non parentum arbitrato transeunt ad maritos, sed quæ præ cæteris specie valent, subhastari volunt & licentia taxationis admisa non moribus nubunt, sed præmiis. Quas formæ premit dedecus dotibus emunt quibus jungantur. Præter hunc modum apud Ebræos etiam *Libello* fieri poterant eum hoc modo etiam disolverentur *Deut. 24.* & deniqve coitu. *Misna t. Nidd. c. 5. Talm. Babyl.* sed hic modus sub pœna verberum, ne honestas publica violaretur, est interdictus *Obad. Bartenor; ad tit. Kindosch. c. 1. §. 1.* Jure Civili distinguebantur Sponsalia quæ saltem matrimonii spes erant *l. 13. §. 3. Ad l. Jul. d. Adult.* à nuptiis concubitu consummatis vel consensu perfectis *l. 30. d. R. I.*

VI. Hierologiam apud Ethnicos & Christianos in usu fuisse est extra controversiam, *vid. Excerpt. Damasc. Vit. Isid. Phil. apud Phot: Tertull: in fin. 1. 2. ad Ux. lib. d. pudicit. c. 4. lib. d. monogam. c. 11. Nazianz. ep. 57.* In Concilio Carthaginens. 4. c. 13. constitutum,

ut Sponsus & Sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote à Parentibus suis vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint eadem nocte in reverentiam benedictionis in Virginitate permanent. Sed usum Sacerdotalis benedictionis in Legis necessitatem esse conversum non probatur ex *l. 22. C. d. Oper. Publ.* quia ibi non fit abrogatio hierologiae comprobatae in Ethnicismo sed tantum prohibitio festivitatis nuptialis, ne convivium & tripudia in sacris habeantur aedibus. Et in *Orientali Ecclesia* hic mos non fuit Legum robore munitus usque ad *Leonem* qui primus sanctionem edidit, cui titulus: *ne matrimonia citra sacram benedictionem firma habeantur. Constit. Leon. 24.* cuius meminit *Harmenop. Prach. l. 4. t. 4.* quae vim juris obtinuit *Attaliat. in Synops. t. 95.* In *Occidentali* itidem constat de *usu* ex *Ambrosii loco l. 9. ep. 70. ex Epist.* quoque ad *Poly carp.* quae *Ignatii* dicitur. 5. Sed non *de Lege*, neque enim in *Code Theodosiano* occurrit ulla mentio, neque apud *Justinianum* ullus reperitur textus; etsi *l. 24. C. d. Nupt.* Nuptiarum festivitas & vota requirantur, nulla tamen lex de *ιεργλογία* exprimit eam esse necessariam. Colligunt tamen *Evaristum* decrevisse incestum haberi connubium cui non Sacerdos interfuit *Bellarmin. d. Sacram. matr. c. 8. subf. Polyd. Virg. d. Inv. Rer. l. 5.* quae deinde in *Capitula Caroli & Ludovici* relata vim Legis obtinuerunt. *Henric. Spelm. in Consil. orb. Brit. Const. Prov. Cant. t. d. Cland. desp.*

VII. *Polygamia Viri & mulierum* apud *Judæos* duravit sub *Romano Imperio* usque ad tempora *Theodosy Arcady & Honory* quorum decreto sancitum ne *Judæi* morem suum in conjunctionibus retineant, nec juxta legem suam nuptias sortiantur *l. 7. C. d. Jud. & Caliculis* inde factum ut adhuc hodie ob multiplicatas adversitates una sint contenti Uxore secuti *Constitutionem R. Gersonis. Christoph. Gers. Com. Juda. l. 1. Talm. c. 20.* *Mahumedani* perverfos *Judæorum* mores sunt secuti, & ab iis polygamiam acceperunt incitante *Mahumedis Pseudoprophetae* libidine. *Busbequius epist. 3.* Hæc impura licentia mox quoque per alias gentes est vagata *Arnif. d. jur. Connub. c. 4. de India Bodin. l. 5. d. Rep. Marc. Paul. Venet. d. Region. Orient. c. 49. De Chinensibus Mendoz. l. 2. c. 2.* *Polygamia mulieris & Virorum Lituanorum* nobilioribus matronis fuit in usu *Aene. Sylv. in descript. Europ. c. 26.* In Regno *Calechut* una mulier septem nubit Viris

ris, qui in concubitus noctes alternant *Ludov. Rom. l. 5. Navig. Ind. c. 8.* Sed hi pravi *Gentium Mores* nullum jus pariunt, aliàs enim ex infania, furore ac quolibet vitiosò affectu jus nasci posset. Sed hoc absurdum. Jus naturale commune per infitam averfationem *Cornicibus* referente ex *Æliano Elv. in Deamb. Ver. Ciconiæ Avent. l. 3. Annal.* Columbis &c. licet non omnibus, certis tamen Speciebus interdixit polygamiam, & quanquam quoad humanam Speciem exempla doceant obcesantem naturalem averfationem ex hoc Jure Naturæ communi non esse prohibitã, attamen naturalis Ratio imprimis eas Gentes quibus prima matrimonii institutio innotuit docet monogamiam esse præferendam, tum quia bonitas naturæ humanæ initio creationis circumscripta non nisi unius maris & unius mulieris in unitate carnis & non plurium conjunctionem admittit. Cum Deus inquit *Tertull. lib. d. Exhort. ad cast. c. 4.* hominem figurasset eiq; parem necessariam dedisset, unam de costis ejus mutuatus unam illi fæminam junxit, cum nec artifex, nec materia defecisset; plures costæ in Adam, & infatigabilis manus in Deo sed non plures Uxores, apud Deum, tum quia fines matrimonii felicius in monogamia quàm polygamia licet assequi, Polygamia vero mulieris & virorum ut ii sub custodia uxorum sint, ejusq; libidinem expleant à J. N. absolutè damnata est.

VIII. Polygamiam successivam damnat *Tertull. lib. d. monogam:* qui pluribus argumentis propositis ita concludit: *Erubescere cara quæ Christum induisti, sufficiat Tibi semel nubere in quod à primordio facta es, in quod à fine revocaris. Redi in Adam vel priorem, si in novissimum non potes. Semel gustavit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda detexit, semel Deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso Sanctitatis exulavit, semel nupsit; si in illo fuisti habes tuam formam, si in Christum transisti melior esse debis. Exhibe tertium Adam, & hunc bigamum, & tunc poteris esse, quod inter duos esse non potes.* Hieronymus *lib. 1. advers. Jovinian.* dicto Apostoli *1. Tim. 3. 2.* abutens bigamos ab Episcopatu arcet, in quâ hæresi fuit & Justinianus cujus Sancione officium Nuptiæ secundæ adspiranti ad Clerum *N. 22. c. 42. in fine* ideò & alias pœnas in secundas nuptias statuit *l. 3. § 6. C. d. Secund. Nupt:* ob quas apud Inferos dicitur Justinianus torqueri; Cum argumenta quæ à Tertul-



liano & aliis cumulantur optimè contra Polygamiam simultaneam concludant, sed nihil contra successuam inferant *1. Cor. 7. 9.* Tolerabilior tamen, *judice Regnero*, est *l. 6. quàm 3tia*, & ob eam quoq; Justin. mitius puniendus, quia *d. l. 6.* favet liberis prioris matrimonii, qui sæpè ab injustis vitricis vel duris novercis negliguntur. Ita enim & Theodosius M. stringit mulieres ad secunda vota transeuntes *l. 2. C. Th. d. Secund. Nupt.* Sed non constituit Theodosius odio secundarum nuptiarum vel aliqua execratione, verùm ut liberis prioris matrimonii consultum esset, quâ ratione motus Theodosius junior hanc Avi sui Constitutionem de matre loquentem ad patrem extendit, idq; quod Theodosius M. patris modestiæ pietati, Religioni, ac justitiæ reliquit, ejus Nepos in Legis necessitatem convertit *N. 7. Theod. l. 5. C. Just. d. secund. Nupt.* Et hæc causa est cur Justinianus seu ipsius nomine Tribonianus in *l. 3.* svaloriam neglexerit, cum tamen ea ex *d. l. C. Theod.* sit desumpta. Jus Canonicum secundum & ulterius matrimonium permittit adeò ut mulier intra annum luctus nubens non puniatur. *C. pen. & ult. d. Secund. Nupt.*

IX. Cum Incestus fratrum & sororum J. N. damnatus sit non injuria inquiritur, cur circa initium mundi ex Sororum & Fratrum connubiis genus humanum propagatum? nam si J. N. cum auctore suo est immutabile, si contra J. N. nec Deus nec homo agit? si jus morale diinâ providentiâ constitutum est, unde est hæc inconstantia? **A** Theologis variè Respondetur & quidem à multis quorum merito spernitur authoritas negligentius responsum est. *Ambros. l. 1. d. Abr. c. 4.* ait: Ante Legem nulla rei damnatio est, sed ex Lege, non Er. in Legem commisit Abraham, sed Legem prævenit, Deus in paradiso Conjugium laudaverat, non adulterium damnaverat. *Chrysof. in Matth. homil. 56.* ait: non est judicandum de patribus prò nostrâ ratione, tunc enim licebat, nunc non licet. Verùm quæ intrinsicè & moraliter sunt turpia illa nunquam redduntur licita sed incestus fratrum & sororum cessante necessitate propagandi generis humani semper est turpis, & per consequens illicitus, excepto tamen necessitatis casu, qui eum licitum facit, cum incestus non sit ex genere illarum prohibitionum quæ absolutè & sine ulla circumstantia considerantur. Necessitas circa initium propagationis excusatur & libido nefaria hodie damnatur *Arnif. d. jur. Connub.* nec obstat dictum
 Augu-

Augustini l. 3. Doctr. Christ. 12. Deo nunquam opus fuisse improbis mediis quia hoc medium in hoc casu pariter ut in homicidio furto &c. ob necessitatem prædictam non manet ulterius improbum sed efficitur licitum.

X. Fratris filiam in Uxorem ducere permisum fuit tempore Claudii Imperatoris qui Agrippinam in Uxorem duxit & author S.C.T. fuit, ut hujusmodi matrimonia justa & legitima essent *Cor. Tacit. l. 12. Ann.* Sed Nerva Imp. has nuptias damnavit, Dion Nicaeus in vit: iphus, ubi tamen Gu. Blanchus, qui illum aut certè Xiphilinum, qui illius epitomen fecit, in latinum convertit, neptem pro sororis filia vertit. Tiraq. L. Conn. 7. p. 7. n. 42. quem & reliqui Imperatores secuti prædictas Nuptias pro incestis habuere, in quæ tantum ea contagia sunt averfati ut precandi licentiam denegarint l. 2. C. Si Nup. ex Rescr. pet. Sororum & fratrum liberi possunt matrimonio jungi §. 4. j. d. Nup. qui §. nequaquam legi debet negative, cum & in aliis locis affirmativè legatur in j. Ulp. t. 5. l. 19. C. d. Nupt. Sed Jure Canonico jungi nequeunt. c. non debet & d. Consang. Nuptiarum contra prohibitionem contractarum effectus est, ut nihil consistat, neq; dos, neq; liberi legitimi habeantur & graviores Contrahentibus pœnæ infligantur §. Si advers. j. d. Nupt. Auth. incest. Auth. ex complexu l. 6. C. d. incest. Nupt. quæ desumpta est ex Lege tertia Codicis Theod. eod. cujus verba initialia: *Manente circa eos sententia qui post latam dudum legem quoquo modo absoluti sunt aut puniti à Codice Justin. absunt, quia aliud principium substitutum ac in reliquis quoq; verbis l. 3. C. Th. Si quis incestis posthac Consobrine sue vel Sororis aut fratris filie Uxorisve vel ejus postremo cujus vetitum damnatumq; Conjugium est, se se nuptiis funestaverit., designato quidem Lege supplicio h. e. ignium & proscriptionis careat, proprias etiam quam diu vixerit teneat facultates. Sed neq; Uxorem, neq; filios ex eâ editos habere credatur, ut nihil prorsus prædictis, ne per interpositam quidem personam vel donec superstes vel mortuus derelinquat. Dos si qua fortè solennitèr aut data aut dicta aut promissa fuerit juxta jus antiquum Fisci nostri commodis cedat &c.* Tribonianus quædam omisit vel emendavit, quia pleraq; præter historiam Juris antiqui nihil continent.

XI. Nuptias Romanorum concomitabantur dotes, licet eos
diam

non lateret amorem honestum solis animis æstimandum, & concordiam conjugalem cuiuscunq; lucro præferendam esse *l. reprehendenda C. d. instit. & substit.* tamen Dotis constitutionem necessariam esse iudicarunt, considerantes Reip. Salutem, ut dotibus constitutis maritis onera matrimonii tolerabiliora forent. Nisi enim matrimonii oneribus serviant nullæ sunt *l. Si pater mulieris in fin. ff. d. Jur. dot. l. 1. ff. Sol. matrim. l. Si maritus & l. Si filia ff. Famil. Erc. l. pro oneribus C. d. Jur. Dot.* unde Concilium Arelatense statuit, ne absq; dote ullum Conjugium contrahatur. *c. nullum 30. q. 3.* ad cuius constitutionem qualiacunq; verba sufficiunt *l. 6. C. d. Dot. promisf.* hæc Lex desumpta est ex *L. 4. C. Theod. d. Dot.* cui addidit Tribonianus *sive scripta fuerint sive non* obq; desuetudinem *dicenda dotis* cuius in *C. Theod.* fit mentio *ditionis* memoriam & vestigia ubiq; suppressit:

XII. Quanquam multa sint Dotis privilegia de quibus *Oldendorp. in Jur. sing. d. privileg. Dot.* nec non *Mynsing. sing. ob. 3. c. 3.* & magnus ejus in Jure favor in tantum ut dotalitium promissa, saltem, nec dum numeratâ dote, adhuc constitui debeat, non tamen hoc extendendum ad eum casum quando nec dos in Vita mariti numerata nec semel promissa est, quia mulier in maximum Agnatorum damnum dotem inferre maximam, ut ei maximum constitueretur dotalitium, posset *contra l. non debet 74. ff. d. R. J.* Nec id quod post mortem mariti mulier constituit Dotis nomine venit, dos enim matrimonii causa datur marito *l. 3. ff. d. Jur. Dot.* ideo post dissolutionem matrimonii constitui nequit *l. Si constante C. d. Don. ant. Nupt.* Cui consequens, ut sicut dos ipsa ita & dotalitium post dissolutum matrimonium constitui haud possit, nec debeat *Carpz. l. 6. R. 56. n. 9. & 10.* Cumq; dotalitium in Saxonîa magis usu & Consuetudine quàm scriptâ Lege fuerit introductum, & Consuetudo ab ipsomet Electore ad eum solum modò casum adstricta, quando dos vivente marito constituta est *in Const. 44. p. 2.* ad alium casum malè extenderetur ob rationes, quas tradit *Job. Philipp. o. j. p. dec. 55. o. 3. n. 18. & seqq.*

XIII. Fiebant etiam Donationes quædam à Sponso, vel etiam rarò à sponsa sponsæ, quæ ideo largitates vocabantur, quia gratuito conferebantur *l. cum veterum & seqq. C. d. Don. ant Nupt. l. 1. C. Si advers. Donat.* pronubo annulo quoq; Sponsæ digitus opignerabatur

tur Juven. Satyr. 6. Plin. l. 33. c. 1. Tertull. Apologet. Clem. Alex.
l. 3. pedag. c. 11. Aitq; Isidorus l. 20. etym. mulieres binos aureos an-
nulos in digitis habuisse ac præsertim in quarto digito, quod in eò
vena quædam sanguinis ad cor usq; proveniat; In restitutione seu
retentione sponsalitiæ largitatis non impleto matrimonio illud tan-
tum Constantinus M. vult attendi, uter ex sponsis voluntatem mutarit,
vel ei renuntiarit, nullâ mutandæ Voluntatis causâ consideratâ l. 2.
C. Theod. d. Spons. & ant. Nupt. Donat. Verùm cum Justinianus
matrimonii non consummandi causas attendi vellet, hanc senten-
tiam Constantini interpolavit in l. 15. C. d. Don. ant. Nupt.

XIV. Ad Dotis substantiam pertinent nuptiæ, ideo dicitur
Dos pecunia nuptiarum causa data Varr. lib. 4. d. Ling. lat. nec
non repensatrix nuptiarum, quia nulla alia causa contrahendi do-
tem est l. in rebus 17. §. 1. d. jur. Dot. l. ult. C. d. Don. ant. nupt.
Ardent ac æstuant charitate, quorum animi & corpora in perpe-
tuam unionem coalescunt. Vera itaq; dotis causa est matrimoni-
um, quod varia nuptialium liberalitatum genera *arras proxeneticæ,*
sponsalitiæ largitates dotem ipsam augmenta dotium & Donationes
inter Virum & Uxorem produxit, quibus obviârunt Authores Ro-
mani juris, ne mutuo amore invicem spoliarentur Conjuges dona-
tionibus non temperantes, sed profusâ erga se facilitate l. 1. D. d.
Don. int. Vi. & Ux. Ad naturam Dotis spectant onera nuptialia su-
beunda l. Julianus 47. π. mand. l. Si quis 21. π. d. Don. int. Vi. &
Ux. l. pro oneribus 20. C. d. Jur. Dot. eaq; ratione maritus cen-
setur esse veluti Creditor aut Emptor rerum dotialium l. ex pro-
missione 19. π. d. Oblig. & Act. l. sicut 8. §. Sed si permiserit π.
quib. mod. pign. vel hypotheca solva eas nimirum acquirens titulo
oneroso, quod confirmat etiam l. si quis 21. π. d. Don. in Vi.
& Ux. l. un. C. d. imponend. lucrativa descriptione Galv. Disfert.
d. Usufr. c. 22. Doti solebat antiquitus pignus vel hypotheca subjungi
l. 1. ff. qu. pot. in pign. hab. hoc Græci *ἑπιμνημα* ut ex Hesichio
refert Franc. Hottom. d. jur. Connub. c. 6. & Hypobolum seu Donatio
propter Nuptias, quæ à Viro dabatur ad prospiciendum Uxori de
dote consequenda si fortè matrimonium dissolveretur l. ex morte
C. d. pact. conv. indeqve *ἀντιθέσιν*, à Latinis autem ante nuptialis
B 2 dona-

donatio dicta. Harmenop. l. 4. §. 4. ita scriptum reliquit: ἐπι τὴν
προγάμια δωρεάν ἤτοι τὸ ὑπόβολον. Nec facit quicquam, quod ait
ejusdem l. c. 10. aliquid esse minus ipsa dote. Nam solum Justi-
niani tempore observatum est, ut aequales essent Donationes pro-
pter nuptias & dotes, quod nec Accursium latuit in *Auch. equali-
tas C. d. pact. conv. Nov. Leon. 20.* Leo dictus Philosophus sanc-
vit, ut major donacione propter nuptias dos esset. Sicq; interpre-
tatus est Theodorus Balsamo graeci juris non ignarus *Tit. 13. No-
moc. Phot. c. 6.* & ad illa verba *Nov. Justin. 117. καὶ ἰπὲρ ποιαύτης
ὑβρεως τρίτον μέρος τῆς διατιμήσεως ἢν ἡ προγάμια ποιῆι δωρεά.*
Scholiastes in *Synops. Basil. l. 39. t. 2.* Licet à Græcis de Jure Hy-
poboli multa sint immutata, veluti, ut ex bonis mariti, quæ Hypo-
boli nomine doti subjecta sunt, tantum retineatur, quantum pacto
conventum fuerit. *Hottom. d. tr. c. 7.* Longobardis & Neapolita-
nis Doarium, Dotarium & Dotalitium dicitur *lib. 2. d. Feud. tit. 8.
§. ult. l. 3. Const. Neap. tit. 13. 16. § 17.*

XV. Divortia non temerè sed ex justis causis sunt facienda,
quanquam pro diversitate Constitutionum non de omni jure hoc
asferi queat. Lex Mosaica ex quacunq; causâ dimittendi & libel-
lum repudii dandi facultatem dabat: *Deut 24.* ob duritiem cordis
Judæorum *Matt. 5. § 19.* Olim quoq; apud Romanos ex quacunq;
etiam levissimâ causâ licebat libellum repudii mittere, in quò con-
tinebantur hæc verba: Res tuas Tibi habeto, res tuas Tibi agito,
item conditione tuâ utere *l. 2. ff. d. Divort.* sed deinde saltem ad-
versa necessitate pressis quamvis infausto, attamen necessario au-
xilium subventum *l. Consensu C. d. Repud.* Dissolvitur autem matri-
monium Jure Contractum vel ob fornicationem *l. Consensu 8. §.
Si qua igitur C. d. Repud.* vel ex eò quod ignorante marito Uxor
ante matrimonium ab alio imprægnata sit *l. exempto 11. §. Si quis
Virginem ff. d. Act. Empt. arg. Deut. cap. 22.* Et quamquam Lex
Mosaica Judicialis ad Nos non pertineat, tamen exemplum Legis
Mosaicæ munit Conscientias, quia ex testimonio Legis divinæ certi
sunt Judices se non facere contra Voluntatem Dei ut dicit *Philip.
in. loc. d. Conjug.* & fusius declarat Lutherus in suo libello de causâ
matrim. Vel propter desertionem Conjugis infidelis, ut si infidelis
cum

cum fideli Coniuge nolit habitare sed ab eâ diceserit *c. Gaudemus*
¶ d. Divort. vel ob graves Coniugis insidias *l. Consensu §. Si*
qua C. d. Repud. Philip. in loc. d. Conj. in q. d. Divort. propter se-
vitiam & insidias vitæ structas vel propter absentiam Coniugis ma-
litiosam *c. quoniam §. porrò vers. Si autem ibi sed non modo ma-*
litiosa Voluntate ¶ Ut lit. non contest. non proced. ad test. rec. c.
perlatum ¶ qui filii sint Legit. Tenetur autem Coniux expectare
Coniugem per quinquennium *l. 6. ff. d. Divort. N. 22.*

XVI. Alter modus constituendi P. P. est *Legitimatío* quâ li-
beri qui statim ut nati sunt in potestate parentum non sunt, legiti-
mi fiunt *§. f. j. d. Nupt.* Estq; duplex plena quæ P. P. & jus filia-
tionis plenè tribuit *N. 89. c. 9. N. 117. c. 2.* & minus plena quæ non
plenè sed saltem quoad certos effectus *d. N. 89. c. 4. Gail. l. 2. o. 142.*
n. 6. 17. Althus. Dicaolog. l. 1. c. 80. n. 23.

XVII. Legitimatío plena fit per subsequens matrimonium,
aut per Rescriptum Principis *N. 89. c. 8. c. 9.* Ex matrimonio Le-
gitimatío aliter non sequitur quam si (1) mulier sit libera *§. 4. j. d.*
Jur. Pers. (2) non ex meretricia conjunctione secus se habet *de Jure*
Prov. Pruss. l. 2. T. 5. §. 1. vel damnato coitu *§. 12. j. d. Nupt.*
sed ex Concubinato proles sit suscepta *l. 3. §. 1. ff. d. Concub.* (3) Ut
dotalia adsint instrumenta *N. 12. N. 18. N. 117. c. 2.* ut ita prior ma-
cula, quæ liberis ex Concubinato adherebat, quasi eluatur, quan-
quam hodie dotalia instrumenta necessaria non sint *Covarruv. p. 2.*
§. 2. c. 8. n. 8. Tales legitimati in omnibus ferè naturalibus & legiti-
timis liberis quoad jura & commoda P. P. æquiparantur *Tiraquell.*
in l. Si unquam verb. suscepit n. 72. & seqq. Menoch. l. 4. præ-
sumpt. 81. Covarr. in Epit. d. Spons. p. 2. c. 8. n. 2. quasi imme-
diatè & ab initio ex legitimo matrimonio nati *l. Cum quis C. d.*
Nat. Lib. Sunt tamen nonnulli casus quibus hic legitimandi mo-
dus non procedit, ut si Concubina jam sit mortua, si connubio sit
indigna, si pater cooptatus sit in Clerum *Cujac ad N. 74.* tunc suc-
cedit alter modus quasi per secundam navigationem videlicet per
Rescriptum Principis. Hic secundus modus ita contingit, ut vel pa-
ter qui ex Concubinâ liberos naturales suscepit Imperatori preces
offerat & desideria sua libello supplice exponat, vel etiam ut ipsi

naturales id faciant, prolatò simul Testamento patris sui qui heredes ipsos instituerit. His desideriis annuens Princeps vel subscribit eidem Chartæ seu membranæ, vel seorsim dat libellum seu Rescriptum Legitimationis. Est autem hoc jus legitimandi unum ex Regalibus *Cunr. Rittersh. in Exposit. method. Juris Justin. p. 4. c. 12 n. 8. & 9.* Cum hac Legitimatione convenit illa quæ per Comitum Palatinum causâ in Legitimatione expressâ expeditur *Covarr. p. 2. c. 8. §. 7. Roland. à Valle consil. 89. n. 33. 51. & seqq. vol. 1. & consil. 89. vol. 4.* in effectu tamen ratione successionis & dignitatis paternæ magna est inter utramq; differentia *Menoch. l. 4. presump. 79. n. 23. & seqq. Covarr. l. 3. var. resol. c. 6.*

XVIII. Legitimatio minus plena certos effectus P. P. & jus filiationis tribuit ut scil. per eam legitimatus filius consequatur saltem jus succedendi soli patri legitimanti *Nov. 89. c. 12. l. 9. C. d. Nat. Lib. prò Cive Romano & ingenuo, non prò notho habeatur Gail. l. 2. o. 142. n. 6.* Estq; vel vera quæ fit per oblationem Curie Collegio Decurionum, quando filius naturalis offertur servitiis Præsidis Provinciæ vel suæ Civitatis, vel si filii naturales per patrem in Testamento vel inter vivos, vel etiam per se ipsos Curie seu Collegio j. e. Ordini Curialium seu Decurionum de quorum oneribus scribit *Sigon. l. 2. d. antiq. jur. Ital. c. 8. Laz. d. Rep. Rom. l. 3. Barn. Brisf. select. Jur. Civ. Antiq. l. 4. c. 13.* Vel etiam est quasi Legitimatio quâ defectus natalium incestuosorum & adulterinorum ex probabili causâ & dispensatione tollitur *Roland. Consil. 89. n. 49. vol. 1. & consil. 96. n. 22. vol. 3.* Legitimatio per Testamentum de quâ *N. 74. c. 2. N. 89. c. 10.* non inducit modum à superiori diversum. Nominatio quoq; de quâ *N. 117. Synops. Attal. t. 25.* non est per se Legitimatio sed facit præsumptionem prò matrimonio. Sacerdotum liberos Legitimatione opus habere Romanæ Curie cultores moderni audacter asserunt existimantes ex interdictò matrimonio eos esse genitos *c. presbyteris 27. dist. c. eos 32. dist. & c. sane & d. Cler. Conjug.* Nos vero hanc Pontificis prohibitionem nec matrimonium Sacerdotum nec effectum matrimonii impedire statuimus cum *Basilio Nonnero in tr. d. Conn. in q. An Sacerd. sic. contrah. matr.*

XIX. Ter-

XIX. Tertius modus constituendi P. P. est *Adoptio* quâ is qui Naturâ filius non est Lege talis efficitur, hic modus quatenus quoad formulas solennitates & effectus civiles consideratur est Juris Civilis, sed quoad usum est J. G. quia nec omnes Uxores ducunt, nec omnes Uxores sunt fertiles, & sæpe contingit, ut liberi sint degeneres, & melius liberos adoptare quàm procreare, cum in adoptione liberum arbitrium seu electio versetur, in procreatione verò Naturæ necessitas dominetur, ideo succurrendum per Legem fuit. *Adoptio* in genere sumpta distinguitur in *Adoptionem in specie dictam* §. 1. j. d. *Adopt.* unoq; hoc vocabulo plures res significantur l. 4. ff. d. *præscr. verb.* & *Arrogationem*. Utriusq; naturam & solennia docet *Aul. Gell. N. A. l. 5. c. 19.* partim communia ratione adoptantis ut is qui adoptaturus est possit per naturam habere liberos & generare ut adeò ab utraq; *Adoptionis* specie Eunuchus sit excludendus, cujus nomen est generale inq; varias dividitur species l. 5. βασιλικ. d. *Adoptantibus & Adoptatis & quinam adop. vel adopt. p. & q. non p. Paul. Zacch. q. med. leg. l. 3. t. 1. q. 9. n. 16.* partim singularia quæ dividunt arrogationem ab *Adoptione* in specie dicta ratione causæ Efficientis & Objecti. Hodie hic modus neq; in permagno est usu, neq; ab omni prorsus usu recessit teste *Greg. 10. Syntag. jur. 6. in f.* nam successit in ejus locum Unio prolium Germani die *EinKindschaft* & quidam *gleichmachung der Kinder* quando videlicet Vir & mulier sive Viduus & Vidua, habentes liberos ex priore matrimonio utrinq; scil. faciunt pacta quædam de futurâ successione inter se & liberos, si etiam ex hoc secundo matrimonio sobolem aliquam nasci contingat *Gail. 2. o. 125. Webner in obs. præct. verb. EinKindschaft.*

XX. Quarta impuberi arrogato ac sine justâ causâ emancipato vel exheredato ex Const. D. Pii debita est omnium bonorum l. ult. ff. *Si quid in fraud. Patr. l. 22. §. 1. ff. d. Adopt. l. 2. C. eod. §. 3. j. eod. l. 8. §. 15. d. inoffic. Testam. Georg. Franzk. E. 2. q. 9. Ungep. E. 3. q. 10. Disf. Bachov. ad πρῶτον & in not. ad Treutl. vol. 1. Disf. select. 2. 8. 9. Lit E. Accurs. in l. Si arrogator 22. in pr. d. Adopt. Vultej. ad h. t. Distinguitur Quarta D. Pii à reliquis speciebus*

cibus videlicet Falcidia quam detrahit heres de Legatis supra-
 dodranten relictis *t. t. j. D. & C. Ad L. Falcid. N. 1.* Trebellia-
 nica quam detrahit heres institutus & Fideic. gravatus seu rogatus
 alteri restituere hereditatem *t. t. j. d. Fideic. Hered. t. t. ff. & C. Ad*
SC. Trebell. Quarta quæ datur filio naturali, quem pater non ha-
 bens legitimos Curia obtulit *S. Si quis autem N. 89. quib. mod.*
nat. eff. su. Quarta quæ ab Intestato debetur filio naturali tantum
S. consideremus N. 18. d. triente & semis. Quarta quæ debetur
 Conjugi superstiti inopia laboranti ex bonis præmortui Conjugis
S. quia vero Legem N. 117. Ut lic. matri & Avia & C. Et in Auth.
præterea C. Und. Vir & Ux. & Quarta quæ Legitima dicitur de
 qua *Rittersh. in meth. exp. 7. 7. p. 6. c. 4. n. 6. & seqq.*

XXI. Solvitur P. P. Dignitate quæ à Curia aliquem liberat
l. f. C. d. Decur. N. 81. Emancipatione quæ teste Brissonio *l. 1. c. 11.*
d. tract. instar Servorum filii. venundari & manumitti solebant, nec
 semel tantum sed & iterum & tertio adumbratâ Venditionis spe-
 cie fiduciario patri mancipari, inq; imaginariam servilem causam,
 ut & à Paul *in l. 3. §. 1. D. d. Cap. dim.* dicitur deduci. *Morte na-*
turali & civili aliisq; modis de quibus *t. t. j. ff. & Basil: de Solu-*
tione P. P. Matrimonio de Jure Civili & vetere Saxonico filius ne-
 xibus P. P. non solvitur, secus vero se habet res de Jure novissimo
Elect. Const. 10. p. 2. cum quò convenit Jus Prutenicum, quò sepa-
 ratio ædium & matrimonium liberos à P. P. liberant *PER L. 4. T.*
15. a. 4. §. 3. junct. l. 2. t. 6. a. 8. §. 2. idq; hodie promiscuè vide-
 mus servari, ut tum filius. extra P. P. constitutus sit, si pater per-
 mittat ei Uxorem ducere, proprios lares, propriam negotiationem
 & proprium focum habere *Greg. Syntag. jur. l. 11. c. 10. Arnisaus*
l. 1. d. Rep. c. 4. sect. ult.



Kc 3004

ULB Halle


3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter. 1
Sammelbd. ? oder
Inhaltliche Werte ?

von 125



Farbkarte #13

B.I.G.

N. J.
 TATIO IV.
 CTARUM
 ESIMUM
 RTI & CON-
 VERSI
 d. Nuptiis d. Adopt. &
 . solv. iisq; titulis π C. Just,
 λικ. & ✕ respondentibus.
Quam
 ÆSIDE
 E CHRISTO.
 RO *Solk/*
 L. D. & P. P.
 S RIESMEYER,
 i Mind. Westph.
 PONDENS
 licè defendet
 TORIO MAJORI
 o. lbc. LXXX.
 GIOMONTI.
 REUSNERI, SER. ELECT.
 CAD. TYPOGR. HÆRED.

4

